



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædedit usq[ue] in annum
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

Luther, Martin

Basileae, 1520

VD16 L 3411

Capitvlvm Sextvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34878

uos lex. Ideo ij, qui sunt Christi, sub lege non sunt, & simul carnē crucifigunt cum uitijs & desyderijs. Vitia, seu græce passiones Hiero. putat generalius di-

Vitia,

ctum, ideo additū concupiscentijs, quia passiones etiam ad dolorem referuntur. Quid autē si per uitia seu passiones intelligat perturbatiōes irascibilis uirtutis, in amarulentia cordis furentes, & per concupiscentias affectus concupiscibilis, in titillatione carnis blandiētes (quisq; suo sensu abundet) Nota est forma hu-

Forma crucifixonis.
Verba sapientium.

CAPITVLVM SEXTVM.

SI spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.

Nō referre multum credo, quod nostri codices hic capl. vj. ordiuntur, quod Hiero. & græci infra incipiūt: Fratres, & si homo p̄occupatus & c.

Eundē seruat ordinē in hac epistola, quē ad Ro. nā & illic primo fidē docet, p̄ undecim capitula, duodecimo charitatē & fructus spiritus tractat; tertio decimo & reliquis p̄ suscipiēdis infirmis in fide laborat. Ita & hic, institutis in fide &

B. Augu. sententia.

charitate inter alios mores, id curat quoq; ut infirmos aut lapsos non fastidiant Sic em̄ b. Augu. recte, meo iudicio, putat hæc dici in eos, qui de litera reducti in spiritu, infirmiores despiciunt, de seipsis uane gloriantes; ideo moneri, ut si sunt sp̄uales, nō sibi placeant, sed infirmitates imbecilliū sustineant, ut Rom. xiiij. & xv. dicit. Nā nisi hoc facerēt, spiritu quidē incepissent, sed nō ambularēt spiritu facti sup̄bi fratrū contēptores. Est ergo sensus, Certus sum, q̄ siue ex hac, siue

Sensus ap̄l.

p̄iore mea doctrina, in spiritu edocti fueritis, aliquot inter uos relinqui, q̄ serui pulosi sunt, nōdū fidei sanā opinionē, ab opibus legis potētes discernere: ut qui timore cōsciētiae nolūt ab operibus legis desistere, nō satis fidentes iustitiæ soli fidei; hos (inquā) oportet non despiciere, sed blande fouere, donec usu & exēplo fortū roborent firmeturq; . Nā ad hoc illi semp̄ relinquunt, uelut pauperes in medio populi; ut sint, in quos charitatis officia possitis exercere. Ideoq; si spiritu uiuimus, spiritu incedamus; hoc est, p̄seueremus & p̄cedamus; quod fiet, si in firmorū imbecillitate, nō sinamus nos tētari, ad fastidiū eorū, & nostri propriā cōplacentiā; hoc em̄ esset de spiritu declinare, nobis placere, non per charitatē alijs seruire. Sicut hodie quoq; abūdat infirmorū uulgus, etiā inter doctissimos, qui misere torquētur conscientia legū humanarū, nec audent fidere soli fidei in Christū. Et pueri ac effemīnati, qui regnāt in ecclesia, nihil prorsus cedūt infirmitatibus nostris; sed in turbine & uolentia, robustas offas opinionū suarū nobis p̄ponunt; modo tyrannidē stabiliant, statim ut nō responderis quod uolūt

Spiritu incedendum.

Ergo tu es hæreticus, ethnicus, schismaticus (inquiunt) sed hæc alias. Ambulemus, idē uerbum est, quod supra, iij. ca. coniunctus est ei & c. Et sit sensus; Sina mons est in Arabia, qui coniunctus est, id est, qui p̄tingit, ambulat, incedit, usq; ad Hierusalē, sicut dictū est illic. Et infra. Quicumq; hanc regulā secuti fuerint id est, incederit, ambulauerit. Est em̄ uis huius uerbi, & p̄pria significatio, ordine incedere, recta uia gradū p̄cedere; ut Erasmo dedit. Ut autē eo uerbo ap̄lus cō-

Ambulare

mode hoc loco, ut nō declinet, neq; ad sinistrā, neq; ad dextrā; sed ordine recte incedat & ambulēt spiritu cepto. Nā in populo, cū sint firmi & infirmi, duplex oris scandalū; unū a sinistris infirmorū, alterū dextris firmorū; quos in medio retinere nititur apostolus, & scandala utraq; phibere. Scandalū infirmorum est,

Scandalū infirmorum.

Te iij quando

Exemplum. quando ea fiunt, quæ infirmi non capiunt, & speciem malam distinguere non possunt: de quo Rhomanorum, xiiij. latissime. Exempli gratia: quando infirmi uidebāt alios uesci cibis omnibus, qui in legi prohibiti erant, ceu immundi & urgente conscientia, non audebant & ipsi manducare, & tamē nec exemplū aliorū improbare. Hic cū iudæis iude^o fiebat Paulus, cū infirmis infirmus, ut seruiret eis per charitatē, donec firmarētur in Christo. Vnde Rho. xiiij. Si propter cibum tuum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Sic de omnibus alijs ceremonijs dierum, festorum, uestium &c. sentiendum.

Superborum. Aliud est superborum, qui rursus offenduntur in infirmis impatientes eorū tarditatis & crassitudinis: ita nulla habita ratione infirmorum, nimis libere utuntur libertate Christi contra legem. Quod cum scandalo infirmorū hæc agebant, cum potius omnem legem debuissent seruare, antequam unum scandalū farent: sic enim ambulatur spiritu. Quid enim prodest spiritu libertatis cōtra spiritum & charitatē uti? Licet inquirunt, Ita sane, Sed tua licentia debet posthaberi fraternæ infirmitati: quod tibi non noceat impedita tua licentia: nocet autē fratri offensa sua, per tuam libertatem infirmitas. Charitatis autē est, ut ea quæ alterius sunt, consideres nō tam quātū liber tibi sis, quā quātum fratri profis. Huic enim seruituti te charitas subiicit, dum te a seruitute legis liberat. At hodie, deus bone quanta monstra pessimæ speciei perpetrantur, & relinquuntur postea infirmis hæc omnia portanda, & pie interpretanda, quæ uix robustissimi ferre possunt: sed sine pastore hodie pastores non sunt, omnia sunt alia in specie, alia in uirtute & re ipsa.

NOTA.

enim seruituti te charitas subiicit, dum te a seruitute legis liberat. At hodie, deus bone quanta monstra pessimæ speciei perpetrantur, & relinquuntur postea infirmis hæc omnia portanda, & pie interpretanda, quæ uix robustissimi ferre possunt: sed sine pastore hodie pastores non sunt, omnia sunt alia in specie, alia in uirtute & re ipsa.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

In gloriosos.

Exponit latius quod dixerat. Tunc (inquit) ambulabitis & inceditis recte in spiritu, si uos, qui firmi estis, non inflemini aduersus infirmos, non uobis placeatis & gloriemini contra illos, quod non sunt sicut uos: quemadmodū pharisæus ille in gloria sua deū glorificauit, & publicanum cōfudit. Si em̄ hoc feceritis, prouocabitis & irritabitis uanissima gloria infirmiores ad inuidiā. Et ita inuicē eritis uos prouocantes, & illi inuidentes: neutri in recto spiritū ordine incedentes uos ad dextram, hos ad sinistram deturbat diabolus: uos p̄ gloriam, hos per inuidiam. Quin exemplo Christi, uestra firmitas portet super se infirmitatē illorū donec & ipsi firmētur. Non em̄ nobis, sed fratribus uiuimus, si in spiritu & charitate uiuimus: ideo quid illis conueniat, & necessarium sit, faciemus. Nulli (inquit) debeatis, nisi ut inuicē diligatis. Si esca scandalisat fratrem meū, nō manducabo carnes in æternum, quare? quia fratrem diligo, cuius salus mihi incomparabiliter præferenda est meæ libertati, qua mihi licet, quod ille nōdum capit esse licitū. Sic si scandalisat fratrem meū mea iustitia, sapientia, potētia, aut quod libet opus, quod mihi licitissimum sit, omittendum est: & seruendum charitati.

Non nobis, sed fratribus uiuimus.**Cōtra exemptiones, priuilegia, indulta, confessionalia. Scandalū infirmorum.**

At nunc uide quid faciant exemptiones, priuilegia, indulta, confessionalia. Nonne leges pontificum factæ sunt non nisi rhetia pecuniarum, & scandala cōscientiarum? Nonne tota Germania repleta est queremontia assidua, quod butyrum & lacticiuia permittuntur in diebus ieiunij ijs, quæ emerūt plumbum & ceteris pro sua ruditate interim credentibus hæc nō licere fieri, etiā si Pontifex summus concederet: adeo leges humanæ illis infederunt. Nam homicidia, & fornicationes, & ebrietates, & inuidias, & omnia opera carnis, longe minora ducunt, quæ butyrum istud priuilegiatum

atum comedere; nec est ullus hic pōrificum aut priuilegiatorū, qui hūius turbæ misereatur, sed multiplicat avaritiā incredibilis; hæc priuilegia sine fine, sine modo, quibus non nisi prouocantur infirmi ad detrahendum, maledicendum, iudicandum. Ad hos rursus illi firmi, & legum robustissimi contēptores, fortiter inflati, contemnūt & appellant, Bon Christian; hoc est, semifatuos.

Iste est mos & modus implendæ charitatis hodiernus. Quāto rectius facerēt summi pontifices, ut aut in totum abrogarent leges, quo scirent omnes libertatem suam, quā habēt in Christo; aut nullis cum tanto tot infirmarum conscientiarū barathro, priuilegia concederent. Quō reddent rationē Christo pro tot offensis fratribus suis, pro quibus Christus mortuus est? Sed furor avaritię hęc charitatē ne a longe quidem audire permittit. Verū hæc adhuc puerilia & leuissima, ueniamus ad ea, in quibus scandalifantur etiam doctissimi & robustissimi (tanta est diaboli uictoria in ecclesia) Obscuro, quantus tumultus quantus rumor, quantus fœtor Rho. Curia de pallijs, & annatis, quibus euiscerant funditus Episcopatus & sacerdotia Germaniæ? Quid de rapina omnium sacerdotiorum comedendis & deuorandis monasterijs ecclesijsq; ita, ut non sit altare, uel sub terra, qd nō Rom. mulionū avaritię totū seruiat; iterim doctis, bonis, & populo salutaribus uiris, fame & inopia pereuntibus. Verū metunt Rhomanī carnalia nostra, & seminant nobis spiritualia; hoc est, uetosa, ut de spiritu & uetō uiuamus, spiritus em̄ uentus est; sicut Ephraim (apud Oseam) pascit uentos.

Non mirū (inquam) si robustissimi hæc ferre nequeant; sunt em̄ ultra modum, etiā apostolicæ perfectioni difficilia ad portandum. At hæc adeo nemo curat pontificum, ut uideātur gaudere de prouocatione nostri, & inuidia sui, & illud Cæsaris prætere, Oderint dum metuant. Nā nō desunt inflata eiusmodi uesica, de potestate tantūmodo gloriantes. Deinde, quis nō amarissime prouocatur primis omnium scandalorum (nam ea, quæ dicta sunt, temporalia sunt) quot compositiones rapinarum, usurarum, hereditatum, testamentorum, plaine omnium restitutionum, tam uagarū q̄ certarū, siue hæc pupillis, siue pauperibus debeantur. Inundant, & remissiones horrendorum peccatorum, etiā obrudunt, nedum leuissime uendunt, tam inuitis q̄ uolētibus, prætextu unius mortue fabricæ sancti Petri, aut alicuius leuioris causæ? Fateor, hæc ferenda sunt, nō licet inuidere, non mordere. At quis dabit nobis tam robusta ossa, quæ hæc portent? An non licet querulari infirmitatem nostram? Non licet dicere, ferenda sunt, sed non possumus. Vtiq; non est detractio, neq; inuidia, si onus im-

portabile ferendum imponit, & ego uires mihi deesse clamem. Deinde quādo sacras literas tractamus, hæc & similia, si arguātur, si mordeantur, si proscindantur, sancte & pro officio agitur. Aut cur illi proceres tam docti & robusti, exigunt a nobis horum tolerantiam, non multo magis etiā ipsi a se exigunt, ne nos prouocent; præsertim cū prius ducere debeant, non prouocari, q̄ non inuidere; tū maiori charitati debitorum pro statu suo longe diligentius cauere, ne prouocent, q̄ nos ne inuideamus; ut sic nec nos prouocati, nec ipsi inuisi, spiritu incederemus, qui spiritu uiuere debemus. Dices forte mi lector, me semper in Rhoma. Curia grassari, quod hucusq; nimis insolitū fuit. Respondeo, testis mihi dominus est, non studio aut libidine mea me hoc facere, qui nihil optem ardentius, q̄ in angulo latere; sed quando omnino sacras literas publice tractare debeo, domino Iesu Christo uolo pure seruire quantum possum. Nā si literæ diuinę sic tractantur, ut tantū de præteritis intelligantur, ac nō nostris moribus quoq; accommodentur quid proderunt; frigida, mortua, & ne diuinæ quidē tūc sunt. Vi

Consilium?

Vtinā non tū
uera q̄ mani
festa

Clamat po-
pul^o & cler^o.

Oderint dum
metuant.

Ferenda sunt
sed nō possumus.

NOTA.

Authoris pietatem uide.

Vide confitiam. sunt. Vides em̄ q̄ apte & uiuaciter hic locus, immo q̄ necessario in nostrum seculum cedat, quod quia alij uel non sunt ausi, uel non intellexerunt: quid mirū si citra inuidiam fuerunt Theologiae magistri? Mihi certum est, uerbum dei nō posse sine inuidia, & mortis piculo recte tractari: Atq; hoc esse unicū signū, recte fuisse tractatū, si offendet, maxime Principes & optimates populi: Petra est scandalī, iuxta quā absorbētur iudices populorū. Deniq; ecclesia clamat, quod principes eā persequantur, & principes Christum crucifixerunt.

Fratres, & si praecipuus homo fuerit in aliquo delicto, uos, qui spirituales estis huiusmodi instruite, in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.

Charitas apostoli. Erasmus lege, cur apostolus repente numerum mutarit, ac non continenter dixerit. Considerantes uos ipsos, ne & uos tentemini. Maiorem enim uim habet, si ad unum uertatur singulariter, & quocq; seorsum conueniat. Plane & haec doctrina dignissima est, & arte mira ab apostolo temperata, ad formadā in illis charitatē. Primū, fratres appellat, magis exhortatione blanda, uelut ab aequalibus petens, quam autoritate exigens, uelut ab inferioribus.

Si homo. NOTA.

Deinde si homo, non ait, si frater: quasi di. Si frater pro humana infirmitate, quia homines sumus, ceciderit: hoc ipso uerbo ostendens, quo oculo uidere debemus, aliorum casus, nempe commiserationis: & ut promptiores simus extenuare q̄ aggravare, hoc enim diaboli & detractorum est, illud paraleti & spiritaliū. Et praecipuus, praeventus, improuide lapsus: in quo similiter docet peccatum fratris extenuare: quia nisi manifeste indurata malicia: & incorrigibiliter peccarit, nostrum est: illud non maliciae, sed improuidentiae deputare, seu etiam infirmitati: sicut d. Bernar. suos docuit: ut si quis peccatū fratris nullo modo potuerit excusare, saltem dicere debet, magnam fuisse eam & insuperabilem tentationem, qua praeventus & plusq; ferre posset, occupatus sit in aliquo delicto, in aliquo casu: nam cadere facillimum est. Non ait in aliqua malicia, iterum uerbo extenuationis usus: nā peccatum leuius & tenuius nominare nō possumus, q̄ lapsum seu casum, quod delictum hic uocat.

Vos qui spirituales estis.

Paracletus & imitatores eius.

ales estis: mirum uerbum, quod simul moneat officium & doceat officium. Docet officium, quod debent esse spirituales. Si sunt spirituales, faciāt quod est spiritalium. Quid est autem esse spirituale, nisi filiū spiritus sancti, & habere spiritum sanctum? At spiritus sanctus paracletus est, aduocatus, consolator: qui accusante nos conscientia nostra, corā deo patrocinatur nobis & consolatur, reddens bonum testimonium conscientiae & fiduciae in dei misericordia, excusans extenuans, omninoq; tegens peccata nostra: rursus magnificans fidem & bona opera nostra. Hūc imitantes in peccatis hominum, coram hominibus sunt spirituales. Contra, Satan uocatur diabolus, detractor, & calumniator: quia nō solum accusat nos, & conscientiam malā auget coram deo, sed etiā bonis detrahit, & merita nostra fidemq; conscientiae calumniatur. Hunc imitantur in peccatis, aut etiā bonis operibus hominum coram hominibus, qui aggravant, in crassant, dilatant peccata hominum: rursus extenuant, accusant, criminantur bona opera eorum. Vnde b. August. hoc loco nihil ita probat spirituale uirū, q̄ peccati alieni tractatio: cum liberationem eius potius q̄ subsannationem, potiusq; auxilia, q̄ conuicia meditatur. Contra carnalem hominem probabis, qui alienum peccatum tractat, tantum ut iudicet, atq; uituperet: sicut pharisaeus ille publicano

Vir spiritualis.

Hō carnalis.

publicano

publicano insultauit, nō autem misertus est. Instruite in spiritu lenitatis. Vera est enim dñi Gregorij sententia: Vera iustitia compassionem habet, falsa indignationem, Ita & Christus Lū. ix. cum Iohannes & Iacobus exemplo Helia, uellent ignem de coelo super Samaritanos uocare, prohibuit eos, dicens: Nescitis cuius spiritus filij estis: Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare &c. Ita & non quomodo perdamus, sed quomodo saluemus fratrem peccatorem cogitare debemus. Hunc locū Rhoma. xv. tractans, dicit: Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

Instruite in
spū lenitatis

Nota uerecundiam & modestiā spiritus Paulini: Imbecillitates & infirmos uocat, quæ supbus aliquis iustitarius, aut hæreticæ prauitatis inquisitor dixisset (ut sunt prompti damnare & exuere hoies) hæresim aut crimina in sanctam Rho. ecclesiam: sic em loquuntur, quando de maximis peccatis loquuntur. Paulus aut quæcūq; illa sint peccata, infirmitates appellat, & peccatores infirmos, quia nō diaboli, sed paraleti lingua loquitur. Deniq; subiungit exemplum. Etenim Christus nō sibi placuit, sed sicut scriptū est: Improperia improperantium tibi ceciderūt super me: hoc est iuxta Isaiam, peccata nostra portauit, nedū nos cum & in illis dereliquit, accusauit, damnauit, nō secus nobiscum agens, q̄ si ipse ea fecisset, quæ nos feceramus, quæ non rapuit exoluens. Sic & Phil. ij. idem exēplū inducēs, dicit: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu qui cū in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualē deo, sed exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu in uētus ut homo &c. Ecce similis Christus hominibus, id est, peccatoribus & infirmis. Nec alium habitum, nec aliam formam præ se fert, q̄ hominis & serui, dū nos non despicit in forma dei, sed formam nostram gerit, portans peccata nostra in corpore suo. Sed dignior est hæc autoritas, q̄ ut paucis uerbis tractetur, neq; em eius intelligentiā habēt magistri theologiæ, differemus eam in terim. Igitur in hac uita, sic ecclesiam, Christus administrat, ut sicut in ueteri testamento prædixit, semper fore pauperes in populo, ut eis occasio fieret charitatis fraternæ exercendæ. Ita in nouo semp̄ relinquit aliquos peccatores, sicut aliquos labi, ut habeant firmiores causam, qua euāgelicam & christianam fraternitatem exercent, ne charitas otiosa sit, ruatq; & ipsa. At hanc diuinæ uoluntatis dispensationem nō intelligentes, hypocritæ peruersissimi omnium hominū, ad suam inuidiam exercendam arripiunt, lapsus fratrum tantū ad accusandum, mordendū, persequendum cōsiderant, nec aliud agere possunt, q̄ quod Simon leprosus super Mariam Magdalenā, & pharisæus super publicanum.

In inquisi-
tiores.

Christus por-
tauit nos &
pctā nostra.

Christus simi-
lis hoibus &
pctōribus.

Semper
paupes.

Deniq; addit, Consideras teipsum, ne & tu tenteris, etiā hic modeste loquitur, non ait, ne & tu cadas, sicut alibi: Qui stat, uideat ne cadat. Sed ne tenteris, tentationem uocans eius casum: quasi dī. Si cecideris, dicerem fuisse tentationē magis q̄ crimē tuum, eadem lenitate & tu puta tentationem fuisse, quoties lapsus uides, ac non atrocibus nominibus casum fraternum persequaris. Ecce uerba apostoli, nō solū documento, sed simul exemplo sunt. Apud Rhetores seculi gloriosissimū est, uerba ita ponere, ut in eis rem ipsam simul obseruari & geri uideas, quod Paulus, immo spiritus sanctus propriū habet. Optime itaq; dicit d. Grego. Quoties peccatores cōspicimus, necesse est, ut nos ipsos primū in eis desileamus, quia uel in similia lapsi sumus, aut labi possumus. Neq; enim est peccatū (ait Augu.) quod fecit homo, quod nō facere possit & alter homo, si deus deserat. Non etiā reijcio uersiculū, quem sibi quidā in huius rei memoriā fecit, Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse, quod hic est. Atq; utinā

Ne & tu
tenteris.

Stilus san-
cti spiritus.

Vu Thomi

NOTA Thomista, Scotista, Moderni, huc referrent suum uniuersale reale, & naturā indifferentem, Homo est homo, caro caro; nūquam fecit caro, quod similis caro non faceret, ubi deus non discerneret,

Alter alterius onera portate, Et sic implebitis legem Christi.

Epiphone/
mate doctri/
nā suam clau/
dit.

Diligere.

Amor fut.

NOTA

In Boemorū
a Ro. ecclia
dissidium.
Boemorū
causa.

Exēplū patie
tiae a Germa
nis sumendū

Pulcherrimo & penitus aureo Epiphonemate utraq; prædictā doctrinā cōcludit. Sunt (inquit) quidā scrupulosi, nō discernētes inter legē fidei, & legē hominū, ferendi sunt, & a scandalis eorū omnino temperandū. Sunt alij qui etiā in legē dei peccent, nec hi stulto zelo dei sunt cōtemnendī, sed utriq; Christiana charitate ferendī; illi docendī, hi instaurandī. Illi quid scire, hi quid facere debeant, & ita eorū & fidei, & operibus formandis seruiendū. Nā primī indigent fidei doctrina. Secundi, bonæ uitæ institutione, sic ubiq; inuenit charitas quod ferat, quod faciat. Charitas autē est lex Christi. Diligere autē est ex animo alteri uelle bonū, seu quærere quæ sunt alterius. Iam si nullus sit, qui erret, qui ruat, id est, qui bono indigeat, quē diliges? cui bonū uoles? cui bonū quæris? Ne potest quidē charitas consistere, nisi sint errantes & peccantes, qui (ut philosophi dicunt) propriū & adequatū obiectū sunt charitatis, seu materia dilectionis. Carnalitas uero seu amor cupiditatis, quærit, ut alij sibi optent bonū, sibi uelint quæ cupit; hoc est, sua quærit, & materia sua est, iustus, sanctus, pius, bonus &c. Hi sane peruertunt hanc doctrinā, quia uolunt sua onera portare, & solū cōmodis aliorū frui & uehi, ut qui indoctos, inutiles, trucidos, ineptos, difficiles, morosos, dedignantur habere socios uitæ; sed quærunt humanos, suaues, benignos, quietos, & sanctos homines; hoc est, uolunt nō in terra sed in paradiso; nō inter peccatores, sed inter angelos; nō in mūdo, sed in celo uiuere. Quibus quæ timendū est, ne & hic recipiāt mercedē suā. Et in hac uita suū regnū celorū possederint. Nā cū sponsa nolunt esse liliū inter spinas; nec cū Hierusalē in medio gentiū posita, nec cū Christo dñari in medio inimicorum. Euacuāt em̄ crucē Christi in seipsis, & otiosam ac sterentē, alijsq; humeris uectatā charitatē habent. Proinde qui fugiūt taliū societātē ut boni fiant, nihil aliud faciunt, q̄ ut pessimi omniū fiant; quod tñ non credūt, quia propter charitatē fugiunt germanū officiū charitatis; ppter salutē, fugiunt uerū cōpendiū salutis. Ecclesia em̄ tunc semp fuit optima, qñ agebat inter pessimos; horum enim onerū tolerantia, mire rutilauit eius charitas. sicut psal. lxxvij, dicit: Posteriora dorsi in pallore auri; hoc est, tollerantia colūbæ christianæ (quæ per dorsū posteriora significatur) tota est rutilantissima in aurea charitate. Alioquin cur non Moses quæ reliquit duræ ceruicis populū? Cur nō Heliseus & prophetae reges Israel idolatras? Consequēs est, q̄ Boemorū dissidiū a Romana ecclia nulla possit excusatione defendi, quin sit impiū, & Christi oibus legibus contrariū; quia cōtra charitatē, in qua oēs leges summantur, perstat. Nam hoc quod unice allegāt, sese timore dei & cōscientiæ defecisse, ne inter malos sacerdotes & pontifices uiuerent, hoc eos maxime omniū accusat. Si enim sunt mali pontifices, sacerdotes, aut quisq; & tu uera charitate serueres, non diffuges, sed etiā si in extremis maris esses, accurreres, fleres, moneres, argueres, prorsus omnia faceres. Et hanc apostoli doctrinā secutus, nō cōmoda, sed onera ferenda tibi esse scires. Itaq; claret totā Boemicæ istius charitatis gloriā, esse meram speciē & lucē, in quā se angelus Satanæ trāsfiguratur. Nunquid & nos, qui ferimus onera, & uere importabilia monstra Ro. curiæ, ideo fugimus & discedimus? Absit, absit, Reprehendimus quidē, detestamur, oramus, monemus, sed non

sed non scindimus ob hoc unitatem spiritus, non inflamur aduersus eam: scientes, quod charitas super omnia eminet, non tantum super rerum corporalium damna, sed etiam super omnia monstra peccatorum, si scia charitas est, quae non nisi comoda alterius ferre potest. Vulgus sane nostrum (sicuti uidemus) ut est in finem in ordine, ita supremum in charitate. Nam patientissime suffert sese a pastoribus usque ad ossa deglubi & excoriari. Rursum, qui summo ordine inflatur, prorsus nec obulo suo carere possunt, nedum uerbum aut factum in sua priuilegia commissum portat. & iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.

Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

Pulcherrimam & efficacissimam reddit rationem utriusque doctrinae, quae est haec: Omnes nos equales esse, omnesque nihil esse, ut quid ergo inflatur unus aduersus alterum, ac non potius mutuum iuamur? Si autem aliquid in nobis est, non nostrum, sed dei donum est. si autem dei donum est, iam charitati totum debetur: id est, legi Christi, si charitati debetur, iam non mihi, sed alijs per ipsum seruandum est. Ita mea eruditio, non est mea, sed ineruditorum, quibus eam debeo. Mea castitas non est mea, sed carne peccantium, quibus per eam seruire debeo. eam deo offerendo pro illis, eos suscipiendo, excusando, ac sic mea honestate, eorum turpitudinem uelando coram deo & hominibus, sicut. 1. Cor. xij. scribit, quod inhonesta membra, per honestiora membra teguntur, sic sapientia mea stultis, sic potentia oppressis, sic diuitiae pauperibus, sic iustitia peccatoribus, haec enim sunt formae dei, quas exinaniri oportet, ut formae serui in nobis sint, quia his omnibus coram deo stare & mediare debemus, pro ijs, qui ea non habent tanquam aliena ueste induit: Non secus ac sacerdos, in sacro ornatu sibi alieno, pro circumstantibus sacrificat. Sed & coram hominibus, aduersus detractores, aut uiolentos eadem charitate illis seruire debemus. Sic enim Christus pro nobis fecit. Hic est ille caminus domini in Zion, dulcis illa misericordia patris, qui tam inestimabili uirtute nos copulare uoluit. Hac tessera, hoc symbolo, hac nota discernimur Christiani ob omnibus populis, ut essemus deo in peculiis, & genus sacerdotale, & regale sacerdotium. Dupliciter b. Hiero. hunc locum edisserit. Primum, qui se aliquid esse existimat, cum sit nihil: id est, cum omnes nihil simus coram deo, ut dictum est. Secundo, qui se existimat aliquid esse, & tamen nihil est, ipse se seducit: hoc est, si quis sentit se esse aliquid, & uere altero praestantior est, & in hoc sibi placet, se tantum existimans, sua tantum considerans, non quomodo alijs pro hoc seruiat, hic uere se decipit, quia hoc ipso suo superbiae sensu facit, ut nihil sit, quia tunc donum dei in eo frustra est, & similis ipse ei, qui non habet. Sicut avarus etiam habens non habet, quia non in usu habet, quo haberi diuitiae natae sunt. Ut ergo hic diues, non diues est, sed pauper, ita ille existimans se esse aliquid, nihil est. Hunc sensum sequitur d. Hiero. & hoc sensu aliter redditur ratio doctrinarum praedictarum, quia nisi portet onera alterius, in flatu suo sensu, iam nihil sit: & idem est, ac si non habeat, immo in damnum suum habet, utrunque mihi placet. Addit autem & notat proprietatem uerbi Seducit, quod graece mentem seducit significat, quia alius est quam opinatur se esse.

Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso habebit gloriam, & non altero.

Vanam gloriae haec est natura, ut conferat cum ijs, qui impares sibi sunt, ex qua
Vu ij collati

NOTA.

Dei omnia bona.

Si tibi chara salus, haec mentem reponere sibi deli.

Caminus domini in Zion

B. Hiero. de hoc loco duplex sententia.

Seducit.

collatione sequitur fastidium inferioris, & uesica ista inflata de suis bonis. Nec em̄ uana gloria tam gaudet, quia aliquid est, aut habet, q̄ q̄ alij nihil sunt, aut nihil habent. Ita pharisæus ille non tam gloriabatur de sua sanctitate, q̄ quod ceteri hominēs sibi impares uidebantur, præsertim publicanus. Noller enim ceteros fieri meliores, aut æquales sibi; ideo sua gloria est gloria in altero, & extra seipsum, scilicet in uiliore & minore. Hęc est maleuolentia semp̄ comes uanæ gloriæ, gaudere de alienis malis, ac tristari de alienis bonis. Hoc prohibet apostolus, ut hęc gloriā in altero nemo habeat, q̄ longissime a charitate abest, & abesse debet. Probet aut̄ opus suū, i. omittat opus alienum, nō querēs, q̄ malus ille sit, sed q̄ bonus ipse sit; studeat ipse bonis operibus p̄batus, inueniri, nō aut̄ alterius operæ occasione, securus & stertens fiat; quali ideo bonus sit corā deo habendus, quia melior sit isto malo; ut sic de alterius malitia plus præsumat q̄ in sua opa, q̄ sine illius malicia. Non fiunt tua opera meliora illius malitia, ideo sic uiue, sic age, ut opus tuū p̄bes, quatenus in teipso, in tuaq̄ conscientia gloriari possis, sicut, ij. Co. j. dicit. Nā gloria nostra hęc est, testimoniū cōscientiæ nostræ, nō utiq̄ spectaculū operis alieni. Opus aut̄ probat, si uideat q̄ diligens sit in charitate, ad portandum alienas infirmitates. Et certe qui hoc obseruaret, facile sibi a temerarijs iudicijs & detractionibus temperaret, ut qui inueniret se, aut diligere, aut non diligere proximum.

Maleuolentia
uana gloriæ
comes.

Opus p̄bat.

Nemo iudi-
candus.

NOTA

κατηχέω
Stoica philo-
sophia a Pau-
lo cōtemnit̄.

Ois creatura
dei bona.

Vnusquisq̄ enim suum onus portabit.

Hoc ad præcedens ita pertinet. Quid in altero gloriaris? quid de alieno peccato uel infirmitate inlatis? Nunquid tu pro eo reddes rationē? aut sicut Ro. xiiij. eadem sententia dicit: Tu qui es qui iudicas alienū seruum domino suo stat, aut cadit. Et sequit̄: Vnusquisq̄ pro se rationē reddet, quod hic tropo scripturæ, on̄ portare; & supra, iudiciū suū portare, dixit. Vnde & illud, Probet aut̄ tē unusquisq̄ opus suū, acciperē paulo aliter, ad eandē sententiā, qua Rho. xiiij. dicit: Tu fidē, quā habes, penes temetipsū habe corā deo; id est, quod scis licita omnia, opus tuū est, sed in hoc corā deo, & in teipso gloriare, nō utere foris hac libertate, ut gloriaris de hac fide tua, in proximi infirmitate, nihil curans scādā lū eius. Verū hic sensus generalis de omnibus scandalis nō erit, sed tm̄ de ijs quæ in lege hominū fiūt; ut nūc sunt, sicut dixi, Cōfessionalia & alia facultates alijs pro pecunijs uenditæ, alijs uero reseruata, ut scandaliscentur.

Communicet autē is, qui catechisatur uerbo ei, qui se catechisat in omnibus bonis.

Aliā doctrinā apostolus moralē & nouissimā præscribit: hęc est, ut præbyteris uerbū dei docentibus, seminantibus spiritualia, præbeant carnalia, & uitæ necessaria. Dignus est em̄ operarius mercede sua, ait Christus; ut latius hęc, j. Tim. v. & j. Cor. ix. p̄sequit̄. Mirū aut̄ quid interpretē delectarit gracas uoces integras miscere. Catechiso doceo, instruoq̄ significat; inde catechumeni, qui instruitur religione Christi. Stoicā philosophiā Paulus hic contēnit, bona uocās ea q̄ corpori necessaria sunt; cū illi uerborū tortores, & uiolētī coactores nō nisi sapientiā & uirtutē (hoc est, superbiam de uanitate) inter bona numerent. Nos scimus, q̄ cūcta quæ fecit deus, erāt ualde bona. Et ois creatura dei bona est; usu uero malo mala sunt, nō uitio suo; quo usu, maxime omniū sapientia & uirtus (Stoicorum bona) mala sunt, cum non nisi inflent, si charitas desit.

Vide pondus uerborum, Eruditori in uerbo debetur communio omniū bonorum. Qui uero uerbū nō tractant, neq̄ docent, nihil ad eos hęc doctrina.

Primum.

Primū sane & maximū opus in ecclesia est, uerbi tractatio, quod dñs Petro ter imposuit, & cōtentiosissime ab oībus exegit, q̄ nūc nihil postremū & abiectius est. Tot sunt officia iuristarū, iudicū, officialiū, Tot cantus & ceremoniæ sacerdotū & religiosorū: At uox clamātis in deserto rara est: adeo, ut fere nihil ecclesiæ dissimilius sit, q̄ ipsamet ecclesia. Nec superfluo addit uerbo, seu (ut græcus habet) uerbū Sunt, fuerūt, erunt multi, q̄ multa fabulent, de suo capite, aut hominū opiniones & traditiōes, sicut hodie cernimus cū dolore. At ipsum uerbū, q̄d utiq; euangelium Christi significat, ubi quæso sonat: aut si sonat contaminatū glossis hominū, dicit: rauca sunt factæ fauces meæ: ut etiā sic sonans audiri nō possit. Ne ergo & hi sperent ad se p̄tinere cōmunionē omniū bonorū. Deinde nota, Cōmunicet (inquit) Nunc em̄ nō cōtenti sunt cōmunionē, etiā si uerbū nō doceant, sed omnimodā ditionē ac possessionē omniū rerū uendicāt. Et iam instructus ab instructore pene mendicat. Creuit enim ecclesia, donec & impia transferre, & principatū mūdi cōferre cœpit. Quid em̄ ad uerbū: Fratribus hoc relinquamus. Atq; hoc est, q̄d Syluester meus Papā dicit geminū impatorē torius mūdi, ac dominū omniū rerū. Nec mirū, quia scilicet Paulus ap̄lus ignarus grāmaticæ, quādo uoluit dicere, tribuant oēs oīa sua bona Rhomano pontifici, & faciant impatorē, parcissimū uocabulū ei in buccā uenit, ut diceret: Cōmunicet autem instructus instructori uerbo oībus bonis. Credo autē, si scisset p̄ cōmunionē, ditionē: & p̄ instructionē uerbi, potestātē dominandi: & p̄ instructum totum mundū, intelligenda esse aliquādo, sine dubio hanc doctrinā obtinisset. Iterū mordes: Nō mordeo, sed necessitate scripturæ elucidādē, nostri seculi mores cōmonstro: ut uideamus, q̄ puenerit gloria ecclesiæ, & quæ sit uera aut ficta ecclesia. Et, ut dicā libere, impossibile est, scripturas posse elucidari, & alias ecclesias reformari, nisi uniuersale illud reale Rhomana curia, q̄ primū reformet. Hęc em̄ uerbū dei audire nō pōt nec sustinere, ut pure tractetur. Verbo autē dei nō tractato, neq; ceteris ecclesijs succurri potest. Omībus bonis (inqt) Magna quæstio, quid uelit ap̄stolus: nā hic Syuestrascere uidet, ut qui in oībus bonis cōmunionē p̄scribat, nisi quod hoc (ut dixi) solis uerbi tractatoribus tribuit. Quorū cū sint & fuerint infiniti, & unicuiq; oīes oīa bona debuerint, multos mundos reperiri oportuit ut quilibet oībus bonis potiret. Sed facessant ista. Omnia bona uocat ea, quibus instructor eget: Hoc est, ut tēporalia bona, q̄bus hic uiuitur, cū uerbo intētus, p̄prio ope acquirere nequeat, oīa ab instructo suo accipiat. Quo simul uerbo p̄struit, ne in grauiamē fideliū, instructor ab alijs, q̄ ab ijs q̄s instruit, bona accipiat. Neq; p̄mittere debet instructus, ut hoc ipsum instructori sit necessariū: sed cōmunicet (inquit) ei in oībus bonis: de suis tribuat, quocunq; ille opus habuerit. Quæ regula, si seruāda est, nō aliud summo, non aliud medijs pontificibus, non aliud plebanis dabitur, de uno eodemq; populo. Deinde mendicatio aliud erit, q̄ quod hic p̄scribit. Verū alia nūc tempora: tunc em̄ cū ecclesiastici pastores, non essent reditibus & opibus p̄uisi, hęc p̄cepta sunt. Et nescio, an melior fuerit, hęc sp̄ritus doctrina, q̄ mos qui nunc regnat. Nunc em̄ illud Proverbij, xxviii. uidemus, propter peccata terræ, multi p̄ncipes eius. Et hęc multitudo uocatur hodie lherarchia, & ordo ecclesiæ, secundum sub & supra.

Maximū opus
in ecclesia est
uerbi dei tractatio.

NOTA

Cōmunicet.

Quousq; creuit ecclesia.
Syluester.

Excusat
author.

Oīa bona.

NOTA

Expēde quæ
hic dicuntur
omnia.

Hierarchia

Nolite errare, deus non irridetur.

Auaritiā taxat, quæ uafra est semp̄ in excusationibus, quoties dandū aliquid

Vu iij est

Auaritiā
taxat.

Verbi del tra
ctator, mul
torū inuidiæ
obnoxius.

est. Quas apostolus non exprimit, neque sane omnes posset; multas commemorat d. Hiero. Eadem cura in ueteri quoque testamento cauit, ne ullo modo leuitarum obliuiscerent, quod aliud non habebant, quam quod de populo accipiebant. Accedit ab hoc, quod uerbi tractator necesse est, ut multos offendat, & inuidiam pateat, ut sit summe necessarium hoc preceptum Pauli, tum propter auaros, inuidos, sed & propter negligentes. Sunt enim & eiusmodi, qui ideo non tribuunt, quod presumant hoc ab alijs abunde fieri. Verum friuolas istas euasiones Paulus egregie preoccupat; & dicit ne errent, deum non irideri, etiam si hominem fallere & ludere possint.

Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.

Generalē sententiā particulari causæ adoptat, quæ & ad Corinthios ponit, uelut sibi familiarē; Est enim puerbialis, & pulchre allegorica. Seminat auaritiæ opus, quod negat communionē honorum doctori, ideo metet & præmiū auaritiæ; sic in omnibus alijs operibus bonis & malis. Nam hac generalī sententiā omnia præcepta moralia, & ipsam epistolam concludit.

Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam.

Tacianus.

Opera chari
tatis.
Carnis.

Iterum hic carnem non tantum pro libidine accipi oportet, sed tropo apostolico, ut & textus ipse cogit, pro omni eo, quod non est spiritus, id est pro toto homine. Nam falsus uerborum intellectus, Taciano hæretico causam dedit, ut copulam uiri & mulieris damnaret, ex hoc apostoli loco, quem docte confutat d. Hiero. Igitur caro & spiritus duo agri finguntur ab apostolo allegorizante, duo semina, duo opera; quorum unum est charitatis, quod superius in noue fructibus satis descripsit. Alterum carnis, quod in operibus carnis uidimus. Messes duæ, corruptio & æterna uita. Erasmus corruptio nem intelligit corruptibilem & perituram fructum, qui idem est & nullus, postquam corruptus fuerit. In sua carne, additum uidetur dedita opera ab apostolo, & non in spiritu suo, ut remoueret cogitationem de seminatione masculi in carnem foemine, ne de hac loqui putaret; quamquam uerum est, etiam corruptibilem fructum, quia mortalem hominem nasci ex semine uiri; nec ideo sequitur, copulam sexuum esse malam. Sed quid tandem seminat & metit in uniuersa terra, quod non sit corruptibile; quare allegoricum apostolum intelligi oportet omnino, per seminare, non nisi operari accipiendum ut expresse ex sequentibus patet.

Bonum autem facientes, non deficiamus. Tempore enim suo metemus, non deficientes.

Allegoriam suam ipsemet aperit; Non ait, in spiritu autem seminantes, sed bonum autem facientes; & tamen addit, tempore suo metemus, alteram partem allegoriam seruans. Adeo curandum fuit, ne hæreticis occasio præstata uideretur calumniandi matrimonij. Igitur seminare in spiritu, est bonum operari; seminare in carne, malum operari.

Quam doctrinam nunc extendit in longitudinem, & ad perseverantiam hortatur, pro consolatione futura retributionis. Non enim qui inceperit, sed qui perseverauerit, hic saluus erit. Facile est, uno opere incepisse, sed arduum & multis impedimentis contra nitentibus obnoxium, proficere & perseverare. Quale est (inquit Hiero.) ut cunctiores cotidie in malis operibus augeant, nos in bono opere lassentur.

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

Tendit

Tendit doctrinā in latitudinē non minus difficilē longitudinē: Operemur bonū erga omnes gentes, iudæos, gratos, ingratos, amicos, inimicos, proximos, alienos: omninoque, sicut de charitate dictū, quod nulla persona ducitur; Videte quanta latitudo benivolentiæ christianæ. Rotunda enim esse debet, sicut & Christus Matth. v. Si diligitis eos, qui uos diligunt, quā mercedē habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Domesticos fidei tamē præfert, quia ihs arctiori uinculo colligati sumus, ut qui de eadem domo, ecclesia, de eadem familia Christi sunt, quorū una fides, unū baptisma, una spes, unus dominus, & omnia eadē. Putat autē d. Hiero. ipsos magistros etiā intelligi, ppter quos hāc doctrinam cœperat, ut eam in eisdē cōcluderet, quasi domesticos fidei, seruos Christi in dño eius fidem docētes, uoluerit intelligi. Monet idē quod apłus dicit, dum tempus habemus, uitā p̄sentē, esse tēpus semētis; sicut & Christus dicit, Operimini, dum dies est, uenit nox, quādo nemo potest operari. Quæ cōtra purgatorii uidentē pugnare, licet em̄ dicant doctores, in illo nō nisi satisfactionē, seu nouo reperto uocabulo, satisfationē esse; ego tamē nō uideo, quō satisfactio, uel satisfactio, nō sit opatio bona. Ideo apostolū de operibus huius uitæ loqui intelligo, & uerbū eius, nihil de purgatorio loqui, sicut alias dixi.

Oibus est bene faciendū.

Christiana beneuolētia latissime patet.

Purgatoriū,

Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu.

D. Hiero. qualibus literis, intelligit de grandibus literis (ita em̄ Pilicis græce magnitudinē magis, quā qualitatem sonat) uolēs, quod epistolā ad hūc usque locum, alius se dicente, scripserit, uelut literis minoribus. Et Paulus ab hoc loco, usque in finē maioribus cōpleuerit; ut manū suā manifeste inter noscētes intelligerēt, quantā sollicitudinē, pro eis gereret; simul ut superstitionē falsarum literarū, quas sub nomine eius ferebāt falsi doctores, tolleret. Nā & in alijs epistolis solet signare; Salutatio mea manu Pauli. Verū ego Erasmodū sequor, quod totam epistolā sentit ab apostolo p̄pria manu exaratam, in quo cōmendat suum æstium; quasi d. nūcquā soleo propria manu scribere, sed uestræ salutis gratia, uidete quā magnā epistolā p̄pria manu scripsi. Alias quidē maiores scripsi, sed manu aliena; ut & uos rem tanto serio percipiatis, quāto ego perscripsi. O apostolicum uirum, cui tanta est cura animarū.

D. Hiero. πικρίκοι

Vir apostolicus.

Quicumque enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

Breuit̄ replicat, quæ scripsit; dixit enim in exordio, si hominibus placerem Christi seruus non essem; an quero hominibus placere? Iudæis enim summe displicebat ista libertatis christianæ prædicatio; cum per circumcisionem, ut ne cessariam iustificari præsumerent; quorum furorem, ut declinaret atque mitigarent, docebat, quod illis placebat, necessitatem circumcisionis. Nō ergo ex iudaismo fuisse, certum est hos pseudapostolos, sed ex christianismo; quia crucis, quā professi erant, persecutionem exhorrebāt; magis amātes uitā suam & pacem, quā Christum. In carne refertur cōtra spiritum. Et uerbum placere absolute accipitur, ut supra; ut sit sensus, uolunt placere in carne, id est, uolunt esse placentes carnaliter, non spiritualiter; quia placentes carnaliter, placent hominibus; placentes in spiritu seu spiritualiter, placent deo. Et nota, cogunt uos circumcidi. Circumcisio per se nihil nocebat; uerū coactio & necessitas, tanquā fides non sufficeret ad iusticiam, damnabilis erat, sic supra, Quare tu cogis gentes iudaizare? Quæras, an apostolus detrahat, & temere iudicet pseudapostolos.

Cogere ad ceremonias,

Quæstio,

Vu iij postolos

Solutio
Nota pro
autore

postolos, quod crucis Christi persecutionē timuerint, & gloriam suam in carne Galatarum (ut infra dicit) quaesierint? Quis ei dixit esse eos formidolosos & gloriosos? Nam de absentibus, & praesertim negantibus, uitia diuinare, nō est sine peccato: negassent forte, nec potuissent conuinci. Verum apostolus in spiritu eruditus, scit hominem, qui Christum nō recte praedicat aut sapit, nō posse sine timore crucis, & uana gloria esse. Amet uitam suam plusq̄ Christū necesse est, qui spiritum Christi non habet; tum in fletu scientia, aequae necesse est: ita in aduersis ruat, in prosperis eleuetur oportet; in neutris se rectū & aequabilem praestare potens. Proinde, sine periculo generalem pronunciare possumus sententiam, super quoscūq̄, si eos uiderimus Christum ignorare, esse eos formidolosos in aduersis, & gloriosos in prosperis, intempestiue deiectioni & eleuati. Contra, uere Christianus erectus est in aduersis, confidens in deum: deiectus in prosperis, timens deum; non confunditur, dum patitur; nec gloriatur, dum honoratur; ubiq̄ rectus & aequabilis.

Nec enim, qui circumciduntur, legem custodiūt, sed uolunt uos circumcidi, ut in carne uestra glorientur.

Lex implet
ex fide.

Doctorum
gloriatio.

Idem superius. c. j. dixit, Esse debitorem fatendae uniuersae legis eum, qui se circumcidit: quia & si foris carnem circumcidunt, neq̄ tamen, uel hanc circumcisionis, uel ullam aliam implent legem. Quia nō hilaritate spiritus, sed timore minantis legis omnia faciunt. Dicitur est autem iam saepius, legem sine affectu gratuito implere, idem est quod non implere, sed simulare opera legis. Quod enim uoluntate non fit, coram deo, & in ueritate, nō fit; sed apparet coram hominibus fieri. Iterum pronunciat cum fiducia, esse eos omnes transgressores legis, qui circumciduntur, & legem suis uiribus quacūq̄ faciunt. Iterum confutans nostros theologos, qui opera sine gratia spiritus, facta moraliter bona & legem quo ad substantiam facti implentia, nō esse peccata, nec contra legem arbitrantur. Sed stat firma sententia, uoluntatem & hilaritatem spiritus, qui legem impleat, non nisi ex fide accipi in Christo. Caeteros omnes, legis ocores esse, & ideo prauaricationis reos. In carne uestra glorientur, id est ut carnaliter de uobis glorientur, quod magistri uestri fuerint, uos bona docerint, sapientes sint & religiosi. Impossibile est enim, ut doctor cuiuscūq̄ professionis non gloriatur, nisi sit in Christo bene institutus, sciens illud cum affectu, nō estis uos, qui loquimini; Et unus est magister uester Christus. adeo uisiosa est libido laudis & gloriae, praesertim in rebus ac donis spiritualibus, ut sunt scientia & uirtutes.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Cruce Christi
mundana damnatur.

Sensus est, gloriantur illi in sapientia, uirtute, iustitia, operibus, doctrina, lege aut etiam in uobis, & quibuscūq̄ hominibus; Ego glorior me esse stultū, peccatorem, infirmū, passum, & inuentum sine lege, sine operibus, sine iustitia, quae est ex lege. Deniq̄ sine omnibus praeter Christū. Volo & gaudeo me esse coram mundo insipientem, malum & omnium criminum reum, sicut. ij. Cor. xij. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Nam crux Christi omnia damnauit, quae mundus probat, etiā sapientia & iustitia, sicut. j. Cor. j. Perdam sapientia sapientia, & prudentia prudentium reprobabo. Et Christus Matth. v. Beati estis, cū maledixerint uobis homines, & eiecerint

& eiecerint nomen tēstrum tanq̄ malum, & exprobauerint uobis &c. Ecce hoc est, nō modo cōcrucifigi Christo, & cruci, passionibusq̄ eius cōicare, sed etiā in ijs gloriari, & cū Apostolis ire gauderet, q̄ digni habeamur, p nomine eius cōtumeliā pati. At qui p nomine Iesu honores, diuitias, uoluptates, af-
 NOTA: fectant & acceptāt, Deinde cōtemptū, paupertatem, passiones fugiunt: nūqd gloriantur in cruce Christi: immo gloriāt in mūdo, pratexentes nihilominus nomē Christi, ludibrium ex eo facientes. Esse ergo crucifixū mundo, est (ut
 Crucifixū mūdo supra. c. j. dixit) iam non ipsum, sed Christum in ipso uiuere, habere carnem cū suis uitijs crucifixam, & spiritui subiectam, qui nō sapiat ea, quæ sup terrā sūt: & huius mundi, ne iustitias quidē, aut sapientias, sed gloriatur se ijs om̄ibus carere, & nō affici, in solo Christo fiducia salutis posita. Esse mūdom crucifixū ei, est non Christum sed mūdom uiuere in hominibus, habere carnem cū uitijs florentē & regnantē in peccatis, non sapere cū apostolo, quæ sursum sunt, sed gloriari sese abūdare in hoc seculo, obtinere diuitias, & ponere spem in homine. Itaq̄ nec Paulus facit & sapit, quæ mūdo placent: nec mūdos facit & sapit, quæ Paulo placēt: uterq̄ utriq̄ mortuus, crucifixus, cōtemptus, & abominatus.

In Christo enim Iesu, neq̄ circūcisio aliquid ualeat, neq̄ præputiū, sed noua creatura.

Hoc. c. v. satis est expositū, esse scilicet utranq̄ licitū, sed neutrū necessariū ad salutem, ideoq̄ nihil ad rem, seu præputium, seu circūcisio, non magis q̄ diuitiā & inopiā. Noua creatura. i. nouus homo, qui (Ephesio. iij.) secundū deum creatus est, in iustitiā & sanctitate ueritatis, iuxta psal. j. Cor mūdū crea in me deus. Et obserua, iustitia ueritatis ad spiritū ptinet, sanctitas ueritatis ad carnis mundiciā, ut iustus in spiritu p fidem, & mūdus in carne per castitatē uiuat. Nam ueritatis dicit, contra iustitiā & sanctitatē speciei & simulationis, quæ ex lege sunt, nec faciūt nouū hominem; nec secundū deum, sed secundum tituit & format, quicūq̄ huiusmodi, sic Iacobi. j. Volūtariē em̄ genuit nos uerbo ueritatis, ut essemus initiū aliquod creaturæ eius.

Et quicūq̄ hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, et super Israel dei.

Secuti fuerint, idem uerbum, quod supra ambulemus; secuti fuerint, i. hac regula inceserint, qua regula: nepe ut noua sint creatura in Christo, iusticia & sanctitate ueritatis fulgeāt (quæ est ex fide) nō iusticia & sanctitate (quæ est ex lege) simulatis sese & alios fallant, sup quos ira & tribulatio erit: super illos autē pax & misericordia requiescet. Addit, super Israel dei, discernēs ab Israel secundū carnem, ut ad Corinthios appellat, qui sunt Israel, carnis, nō dei. igit̄ pax sup gentes & iudæos, modo inceserint regula fidei & spiritus.

De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego em̄ stigmata domini Iesu in corpore meo porto.

Græce, de cætero nemo mihi labores exhibeat, q̄ d. Hiero. dupliciū intelligit primū, quod Paulus sollicitus sit, ne rursū ei laborem p̄beant in Galatis denuo reformādis. Secundo, quod cōtentionē uoluit præuenire eorū, qui cōtradocere uoluerint, q. d. Ego dixi, q̄ recta & uera sunt: si quis autē nolens acquiescere ueritati, querat quid respōdeat, magis cōtēdere q̄ doceri paratus, sciat sese responsione indignū; sicut ad Corinth. scribit. Si quis autē uideretur cōtētiosus esse, nos
 Contentiosū relinquēdis ralem

talem cōsuetudinē nō habemus, neq; ecclesia dei, hic sensus mihi placet, q̄ cōtentiosos relinquēdos esse docet etiā b. Aug. qui & ipse in libris de ciui. dei, de nūnciat sese nolle denuo respondere uanissimæ loquacitati. Ita & Ap̄s abijcit cōtentionis studiosos, ne frustra cū illis laboret, quia uere nō fructū, sed labores tm̄ exhibent. Quid si & is sensus nō abhorreat; nemo mihi rursus legē resuscitet, in quo sunt labores stulti operū, nec tm̄ nisi peccata; sicut psal. ix. sub lingua eius labor & dolor. Quos Christus uocat ad se, di. Venite ad me om̄es qui laboratis. Quos labores in Aegypto figurauerūt filij Israel; sed cedo.

Alla sentētia Stigmata, quod latine notas impressas significat, licet possit hic p̄ passionibus Pauli accipi, tamē quia libenter allegorijs & metaphoris militaribus utitur omnino pro insignibus uitæ Christianæ accipit, quæ sunt carnis crucifixiones & subiectiones, cum fructus spiritus; sicut enim serui dominorū suorū in signia & arma & colores gerūt; ita Paulus & Christianus quisq; crucē concupiscentiarū & uitiorū in corpore suo portat. Non sane eo modo, quo nūc in signia Christi in clypeum collecta, illiniūt parieti, aut tabulis & libellis, sed in corpore nō alieno, sed meo proprio. Quid proderit, si etiā in auro & smaragdo, nō tm̄ insignia, sed ipsos etiā clauos, immo ipsa uulnera, & sanguinē Christi portaris, & nunq; in corpore tuo imaginē uiuā expresseris. Porro stigmata Mōsi & Pontificū & Cæsarū, sunt circuncisio & opera legū humanarū, quæ iam sola uisuntur; eaq; infinitis modis uariata, ut uix tot insigniū genera, Imperator cum omnibus suis nobilibus habeat.

Gratia dñi nostri Iesu Christi, cū spiritu uestro fratres, Amen.

Vocabulū Hic em̄ mos est Epistolæ claudendæ apud apostolos, ubi homines Vale dicunt. Gratia (inquit) domini nostri, non ira legis, non seruitus legis, quæ p̄ feruum Mosē data est, sed gratia & ueritas, quæ p̄ Iesum Christū facta est.

Authoris de se precatio.

In fine certus sum, eos, quibus meū sapere mors est, etiā hanc saluā meā uehementer abominaturos esse, quod & liberius omnia, & longe aliter q̄ ipsi sapiant, hanc epistolā tractarim. Et ubi ego legū Pontificiarū onera & scandala questus sum, ipsi me rebellē ecclesiæ sibi fingent; ubi Decretis pratuli Euāgelium, damnata decreta fabulantur, Vbi summi Pontificis potestātē & dignitatem charitati & necessitati fraternæ subieci, blasphemū & bis septies hæreticum clamabunt. Quos rogo per cōmunem dominum Iesum Christum, ut si omnino non possunt sibi temperare, quin me superbū, temerarium, arrogantem, irreuerentē, scandalosum, seditiosum, sanguinariū, schismaticum, & quocunq; libitum hucusq; fuit nomine, honorent. Age fiat, & si nō hæc beniuolentissime eis ignouero, nō agnoscat me dominus Iesus in æternū. Quin si doctrinæ a me tractatæ puritas extra periculum esse possit, libens & gratus hæretici nominis opprobriū ferrem. Deniq; maledictum nomen Martini, maledicta gloria Martini in æternū; ut solius patris nostri nomen sanctificetur, qui in cœlis, Amen. Timeo em̄ sup̄bissimus cōtēptor, ne ips noibus pessimis inflatus, plus de meo lucro gaudeā, q̄ de eorū malo doleā. Id saltē unscū mihi, immo sibi cōcedāt, ut paululū seposita Martini odiosissima larua, ap̄m Paulū libere & solū cōsyderēt. Et hūc tum, cū ecclesiæ, quæ hodie est miserrima, facie cōferant, neq; em̄ tā crassicordes eos existimo, ut nō uenferint unq; quid legū multitudo hodie fecerit. Nā quot in dies iugulant & pereūt animæ, p̄pter unā hanc traditionē, quæ citra ullū dilectū oibus sacerdotibus interdicit uxoribus; horror est intendere, tam in scandala, q̄ pericula huius unius legis.

Similes

Similes huic sunt & alia multa, peccati, mortis, inferni, duntaxat ministrant: ut interim taceam, iacturam sincerae pietatis, quae sub harum tyrannide, paulatim expirat. Si tantis lachrymis res digna censeat, propter unius imperatoris uoluntatem, tot milium sanguinem fundi: Quid esse putas (oculos aperi) propter unius hominis aut unius Rho. ecclesiae uoluntatem, tot milia perire animarum in aeternum? Denique si uim charitatis expeditimus, procliuue fuerit intelligere, fiduciam illam condendam legum, esse potestatem, non in aedificationem, sed in destructionem totius ecclesiae. Res publica quanto paucioribus legibus administrat, tanto felicitior est. At ecclesiastica nostra, unica lege charitatis instituta, ut esset una omnium felicissima, quanto furore omnipotentis dei, pro una illa extincta, nubes, syluas, maria legum sustinet, ut etiam titulos earum uix sufficias ediscere. Denique, quasi hoc parum sit, nullo alio remedio peccati etiam num curant occurrere, quam novas leges multiplicando, peccata peccatis accumulando, & ut propheta ait, densum lutum contra se aggrauando. Alius suo sensu abundet, Turcas nocentissimos omnium, leges has hominum intelligo; nec debuit hac plaga insustentabilis irae dei percuti, nisi populus ipse peculiaris dei: ut cuius ingratitude praeter omnibus populis terrae grauissima, meruerit etiam poenam, praeter omnibus populis terrae longe atrocissimam. Neque enim est gens in orbe terrarum, cuius miseria possit in hac plaga nobiscum conferri. O deus quae diu continebis in ira tua misericordias tuas? Sed cum Esaiam gementem do & plorantem concludam: Adduxisti populum tuum domine, ut faceres tibi nomen gloriae. Attende de caelo, & uide de habitaculo sancto tuo, & solio gloriae tuae: Vbi est zelus tuus: fortitudo tuae: multitudo miserum tuorum, & miserationum tuarum: super me continuerunt se? Tu enim pater noster es, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu domine pater noster & redemptor noster, a seculo nomen tuum: quare errare fecisti nos de uis tuis domine: indurasti cor nostrum, ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos, tribus hereditatis tuae, quasi nihil possiderunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam: facti sumus, quasi in principio, cum non dominareris nostri, neque inuocaret nomen tuum super nos. Utinam caelos diruperes, & descenderes: a facie tua motes defluerent, sicut exustio ignis tabesceret, aquae arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis: a facie tua gentes turbarent. Ecce tu iratus es & peccauimus, in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Et facti sumus ut immundi omnes nos: & iusticiae nostrae uniuersae, quasi panus menstruatae. Et cecidimus quasi folium: & iniquitates nostrae quasi uetus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostrae. Et nunc domine pater noster es tu, nos uero lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostrae. Ecce respice, populus tuus omnes nos, ciuitas sancti tui facta est deserta. Zion facta est deserta. Hierusalem desolata est, domus sanctificationis nostrae & gloriae nostrae, ubi te laudauerunt patres nostri, facta est in exustione ignis, & omnia desiderabilia nostra uersa sunt in ruinas. Numquid super istis continebis te domine: tacebis: & affliges nos uehementer? Hac Esa. lxiij. & lxiij. Qua oratione ecclesiae hodiernae faciem ita depinxit, ut aptius depingi non possit. Et utinam huius orationis affectum, deus in cor nostrum infunderet, quo iram eius comprimere mitigaremus.

Leges non edificant ecclesiam

Ira dei

Oratio Christiani peccatoris, peccata ardent offerenda, sepe donec deus exaudiat Amen.

COMMENTARII F. MAR. LV
therij in Epistolam D. PAULI ad
Galatas, Finis.